Hec sunt vii dona gratie septiformis que ysaias numerat dicens.
Requiescet super eum spiritus domini scilicet sapientie et intellectus spiritus consilii
et fortitudinis spiritus scientie et pietatis et requiescet super eum spiritus timoris domini.
Des hec species de vocatis balsamo conditur in vasculo sapientie que est
odor suavissimus domino. Per quam in ecclesia dignum offertur in odore su-
avitatis. Sunt multi qui multum orant sed negligenter non attendentes
quod deus prohibens dicit. Cum oratis nolite multum loqui sicut ethnici faci-
unt qui putant multiloquio exaudiri. Tales cum orant aliud loquuntur
in ore et aliud meditantur in corde. De quibus convenienter accipitur quod dominus ait.
Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. De talibus
legitur. In ore suo benedicebat et in corde suo maledicebat. In ore
suo benedicunt qui loquuntur eloquia virtutis. Sed in corde maledicunt qui
meditantur in anima vanitatis. Alii oraverunt Moyses et Susanna
qui clamaverunt ad dominum et de necessitatibus eorum liberavit eos. Clama-
verunt tamen vocis intentione qua cordis devotione. De propheta. Delectare
in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Expedit tamen ut cordis devotionem
oris pronuntiatio sequatur. Quod demonstrat propheta dicens. Ad ipsum ore meo
clamavi et exultavi sub lingua mea. Hoc unguentum conditum est in
secreto cubiculi conscientie. Iuxta quod dominus ait. Cum oraveris intra in cubi-
tu. et clau. ho. ora pa. t. et c. Claudendum est hostium ne
musce morientes subintrent et perdant suavitatem. Unguenti na-
mque intrant per fenestras. Si sic oraverimus tunc obtinebimus
quod deus ait. Quecumque petieritis in oratione credentes accipietis.
Et item. Quecumque petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Tu quoque cum ieiunas
unge caput tuum unguento orationis sed lava faciem tuam aqua
miserationis per aquam n. elemosina — de ligr̃ & id. Sicut aqua extinguit
ignem ita elemosina extinguit peccatum. Unde elemosina dicitur non solum
ab elimino sed ab ely quod deus et moys quod est aqua inde elemosina.
id est aqua dei quia per eam macule peccatorum abluuntur adeo. Hec aqua dicitur